Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Aristoteles – Nürnberg, STN, Cent. IV, 1
Signatur: Cent. IV, 1

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

utriusque dignum duci. vinum enim
quoddam coagulatur et epsesim
patitur velut mustum. abscedit
autem ab omnibus talibus dum desic
catur aqua. signum autem quod
aqua vapor enim consistit in aquam
si quis velit colligere. quare qui
buscumque relinquitur aliquid hoc terre.
¶ Quedam autem horum et a frigi
do sicut dictum est ingrossantur
et desiccantur. frigidum enim non
solum coagulat sed exsiccat qui
dem aquam ingrossat autem aerem
aquam faciens. coagulatio autem
dicta est quedam desiccatio ex
istens. ¶ Quecumque quidem igitur
non ingrossantur a frigido sed co
agulantur aque sunt magis ve
lud vinum. urina et acetum et
lexivium et serum. Quecumque autem
ingrossantur non evaporantia
ab igne. hec quidem terre hec communia a
que et aeris. mel quidem terre
oleum autem aeris. sunt autem et
lac et sanguis amborum quidem
communia et aque et terre. magis autem
que multa terre quemadmodum ex quibuscumque
humidis vitrum. sic et sales et
lapides autem ex quibusdam consistunt
talibus propter quod et si non separentur
serum exurentur ab igne decoctum
quod autem terrestre consistat et a coagulo.
Si aliter decoquatur quemadmodum sicut
medici coagulum imponentes.
Sic autem separatur et serum et caseus.
Separatum autem serum non
adhuc ingrossatur. sed exuritur
sicut aqua. Si autem quod lac non ha
beat caseum aut paucum hoc
magis aque et incibile. Et san
guis autem similiter coagulatur
enim eo quod desiccetur infrigida
tus. ¶ Quecumque autem non
coagulantur velud quecunque ta
les aque magis et frigidi. huius propter quod
et non habentes meatus. in eo enim sunt terre
et solidum. quare et exactis coa
gulatur. hoc autem est quia non
desiccatur aqua enim quod relin
quitur ut lac caseo ab lacte sig
num autem languoris enim sanguis no
lunt coagulari velud ychor
hoc autem flegma et aqua propter
indigestum esse et inseparatum
a natura. sed hec autem hec quidem solu
bilia sunt velut nitrum. hec autem
insolubilia velut later et lapis
et horum hec quidem mollificabi
lia velut cornu. hec autem non
mollificabilia velut lapis et later.
Causa autem quia contraria contrariorum
cause. quare si coagulantur du
obus frigido et sicco necesse solui
calido et humido propter quod igne et a
qua. hec enim contraria aqua quidem
quecumque igne solo. igne autem quecumque fri
gido solo. quare si a duobus accidit
coagulari hec insolubilia maxi
me sunt. autem talia quecumque calefacta
deinde frigido coagulantur. accidit
enim cum calidum exsudaverit
egrediens plurimum humidum
cum premit iterum a frigido et non
humido det penetrationem. et
propter hoc neque calidum solvit. Quecumque
enim a frigido coagulantur so
lo hec solvit. neque ab aqua. que
cumque enim a frigido coagulantur
non solvit. sed quecumque a calido sicco
solum ferrum autem liquescens a
calido frigescens coagulatur. lig
na autem sunt terre et aeris propter quod
ustibilia et non liquabilia neque
mollificabilia et in aqua super
natant preter ebanum. hec autem
non alia quidem enim aeris huius
plus ex ebano autem nigra evapora
vit aer et est plus in ipsa terre